



Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

IX. Frustra haereseon fons appellatus est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

A bus errores aliqui excederunt humanitus , quamvis orthodoxam in aliis tenuerint fidem , & inter orthodoxos politi sint . Nam ut alios brevitatis causa pratermittant , quot recentere possumus , nulla heres os suspicione aspersos , & de Trinitate tamen falsa & absurdamentis : Venient in hunc ordinem Iustinus Martyr , Athenagoras , Theophilus Antiochenus , Clemens Romanus , Gregorius Thaumaturgus , Methodius , Lucianus , & Origenis praecipue discipulus Dionylius Alexandrinus , quem idecirco Anomœorum parentem appellat Basilius Epist . 41 . & Arianismi fontem Gennadius libr . 2 . De dogmat . cap . 2 . cum eum tamen ab his accusationibus vindicit Athanasius , & prater Athanasium Hieronymus , qui eum in Tripartite Catholicum esse testatur Apolog . [libr . 2 . cap . 4] Quam multos integræ & sanæ fidei viros tulit Ecclesia , calumniis proscissos , & ignominis notatos ? B Vnum laudabo præ reliquis Iohannem Chrysostomum , vel hanc potissimum ob causam , quod has ipsi confutationes Origenismi suspicio peperit . Nam cum Origenistas monachos adverius Theophili Alexandrini injurias tueretur , in suspicionem venit affectati Origenistæ , variisque artibus Episcopatu depulsi , Confantinopoli deterriti , in exilium acti , summa ac prope ferina submissis fatellibus inclemtia adhibitus , ægritudine tandem animi , ac corporis doloribus extinctus est ; Origenisque calamitatem & fortunam Origenistas protegens in se exprefit .

VII. Notandum quoque in gratiam Origenis , quæcunque nobis ipsius exhibet Philocalia (multa autem exhibet , etiam ab eius criminatoribus reprehensa) quoniam à Gregorio Theologo & Basilio selecta Philocalia nomine affecta sunt , ipsoforum quasi suffragio C & approbatione munita videri ; nam si locus de iis sensisse , cane *enodat 287 mœns sic si-
nologia* Gregorius appellas in Epistola ad Theodorum Tyaneum Episcopum ?

VIII. Allegoricæ præterea ipsius interpretationes Lectores nonnumquam refellerunt : cum enim sape ab expositione literæ ad spiritalem sensum ita transferat , ut vix utriusque percipiatur commissa , allegoricas interpretationes habuerunt pro dogmaticis assertioribus , & sic in eas , tamquam adversus novas opiniones in Ecclesiam invectas vehtati sunt .

IX. Nec fraudi huic esse debet , quod Manichaorum , Sabellianorum , Arianorum , Eu-nomianorum , Anomœorum , Pelagianorumque pater , & omnium herescon fons à non-nullis appellatur . Nam ut ad configendas Hæreses incentivum scripta ejus malis ingenii D subdidisse demus , Lectorumne culpam & perversa judicia præstare tenetur ? meritone ægi stomachi vitium in cibum sincerum transfertur ? Imo vero , summa ejus in Ecclesia auctoritatis vel ex eo præjudicium sumi potest , quod ex ipsius suffragio magnam erroribus suis vim accedere putarunt Heterodoxi . Annon autem præcipuan figmentis suis fidem ex Scriptura facra conciliare itidem student Hæretici ? annon ex Divinis Libris in alienos & nefarios sensus à se contorti pestiferâ sua dogmata extuderunt ? Pari ergo jure errorum omnium , si ita loqui licet , Scriptura facra , male scilicet accepta , fons dicatur & origo , ob præpostera nempe Hæreticorum ingenia , optima quoque pervertentium .

X. Denique potissimum Origeni ex librorum ipsius depravatione patrocinium conciliatur . Argumentum illud atripiuit Anonymus ipsius defensor apud l'horium Cod . 117 . E Idem vero peculiari libello dilatavit Rufinus , cuius summa hæc est : Inde Origenis codices ab Hæreticis & malevolis depravatos argui , quod contraria & repugnantia , non in diversis solum ipsius scriptoribus , sed iisdem etiam locis compariantur , qualia ab homine non insano , nec penitus mente commoto scripta nullus suspicari possit ; Patrum aliorum libros pari modo Ecclesia perduelles corrupisse , puta Clemens Romani , Clemens alterius Alexandrinus ac Dionysij item Alexandrinus ; ejus libris manus ab Hæreticis illatas Athanasium demonstrasse ; etundem casum Athanasij ipsius Codices sustinuisse ; Hilarij quoque & Cypriani ; nec sacris ipsis Voluminibus nefarios homines Marcioniftas & Apellitas percipisse & non unam luxuriantum suarum corruptelam ab Adversariis suis profectam Origenem ipsum deprehendisse , ut ipse apud Amicos Alexandrinos questus est in Epistola , quam descripsit Rufinus ; eamdem quoque querelam in alia ipsum Epistola iteratæ . Præ aliis vero depravatos fuisse libros *σεβαστού* idem tradit Rufinus in Prologo iis pre- fixo . Huic adsonat Vincentius Lirinensis in Libello aduersus Hæreses , capit . 23 . Sed dicit aliquis , inquit , corruptos esse Origenis libros : non res ista , quin potius & male : nam id à quibusdam & traditum , & scriptum est , non Ca-holici tantum , verum etiam Hæretici . Auctoř Catalogi ad Desiderium : Multa tamen aliquos eiū (Origenis) p̄fissos discipulos multa veneno/a sub eius nomine edidisse testimoniū : quæ verba repetit Beda . Auctoř Praedestinati Her . 22 , & 43 , minime ab his discrepat , additque Ampullianum quendam Hæresiarcham Bithynum adstruendi sui dogmatis gratia vitiatis à f. Origenis libros prouulisse . Denique Haymo Alberstænsis in libro De Christianarum rerum memoria ita differit : Ego sane de Origeni viro tam illustri , abstinentissima vita & castissima , præclaræ doctrina , puri & lucidi sermoni , salva fide Pa-